



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Artic. VIII. Divitiæ, quæ exornant Coronam sanctissimæ Virginis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

re unquam possent: Id totum, melius, erit multò minus: Nihil  
quod posthac dici posset, quòdque lominus omittendum non est, sa-  
videretur forsitan intelligi paululum cere de illo verba.

## ARGUMENTUM.

*Divitia, qua exornant Coronam Sanctissimæ Virginis.*

### ARTICULUS VIII.

**S**anctus Joannes affirmat nobis in Apocalypsi, quòd videtur ipsam portantem in Capite coronam stellarum duodecim. Sed stellæ duodecim comparari non possunt Soli, siquidem hæ non apparent in præsentia ipsius. Quid igitur sibi vult, quòd Corona Sanctissimæ Virginis demonstrata fuerit Sancto Joanni per splendidas potius stellas, quàm per splendores ipsius solis? Ideò, quia alia est ratio stellarum spiritualium, alia materialium; hæ amittunt splendorem suum in præsentia solis, quasi hic ita esset zelotypus ipsam gloriæ, ut sufferre non posset aliud a se esse fidus, ubi est ipse; sed stellæ spirituales totum oppositum tenent, nunquam melius resurgunt ipsæ, quàm si sint in præsentia Solis divini, eò quòd totus illarum splendor oriatur ex oculis ipsius, eumque non conservet, nisi illas aspiciendo.

Corona  
Sanctissimæ  
Virginis  
componi-  
tur è stellis  
duodecim;

Ecce igitur, è quibus auspiciato  
occurso componatur pretiosa quæ-  
dam Corona Sanctissimæ Virginis:  
Sol divinus, qui est Filius ipsius  
Unigenitus, constituit quasi cor-

pus Coronæ ipsius, & duodecim <sup>de quales</sup>  
stellæ, quas accendit eodem suo <sup>sic hæ stellæ</sup>  
igne, sunt velut duodecim pretiosi  
carbunculi, quæ pulcherrimæ ad-  
ornant ipsam, non ut reddant ip-  
sam magis pretiosam, sed ut ali-  
quid ipsi adjiciant decoris. Nôsse  
procul dubio voles, qualesnam  
sint hæ stellæ? Non sunt astra hu-  
materialia affixa cælis, quæ non  
minùs conspicienda se exhibent oc-  
culis bestiarum, quàm oculis ho-  
minum: Sed Propheta Daniel re-  
spondet tibi, illa esse magna hæc  
Firmamenti Ecclesiæ Lumina, quæ  
universum illustrant Orbem, af-  
ferentia ubivis gentium ingentem  
splendorem cognitionis DEI: *Qui* Daniel. 104  
*ad justitiam erudiunt multos, sub-*  
*gebunt sicut stellæ, in perpetuas æter-*  
*nitates:* Stellæ sunt Doctores Ca-  
tholici, stellæ sunt Pastores, ha-  
bentes zelum pascendi oves suas  
bonâ doctrinâ; stellæ sunt Prædi-  
catores Sancti Evangelij, quorum  
numerus est major illò stellarum  
cæli; & lumen illorum splenda-  
dus est absque comparatione, eò  
quòd Spiritus DEI promittat ipsis,  
resurgurum illud in perpetuas æter-  
nitates.



nitates. Prædicatores, qui estis lux mundi, si bene consideraretis vestri dignitatem muneris, quanto sancti cuiusdam zeli ardore vos videretis accensos!

Sed ultra innumerabilem hunc stellarum numerum, duodecim illarum sunt præcipuæ, singulares, & incomparabiliter splendidiores cæteris omnibus: Et sunt duodecim Apostoli, quos ipsemet Iesus Christus collocavit propria manu suâ in Firmamento Ecclesiæ suæ, velut astra præcipua, quibus illustrare volebat univèrsam Orbem: Ipsemet imposuit illis gloriosam hanc provinciam, dum proprio ore suo dixit illis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Accipite eadem divina lumina, quæ dedit mihi ad illustrandum mundum, Communico vobis illa, ut apportetis ad cunctas Nationes Orbis, & prædicetis Evangelium omnibus Creaturis; Prædicare Evangelium omni Creatura.* Ecce Apostolos efformatos manibus Domini nostri, qui sunt tam exquisita opera gratiæ ipsius, ut Sanctus Thomas ipsos excludat ab omni comparatione, & severe reprehendat illum, qui comparate voluerit, quempiam alium Sanctum cum Apostolis. Ipsi igitur duodecim stellæ sunt maximæ magnitudinis, quæ componunt vel potius condecorant Coronam Sanctissime Virginis.

Sanctus Bernardus affirmat, Sanctos Apostolos sæpius confugisse

ad Sanctissimam Virginem in duobus suis, certitudinem habere volentes de mente ac intentione Domini nostri circa punctum aliquod Religionis: Facta fuerat ipsa particeps omnium arcanorum Cordis ipsius; receperat ipsa magnam reverentiâ, & conservaret magnam cum sollicitudine in corde suo omnia verba, quæ audierat ex ore ipsius: Verisimillimum igitur est, ipsam plura eorum scivisse omnibus Apostolis; Et Zacharias Christianopolitanus tantum illi attribuit scientiæ & doctrinæ, ut affirmet, ipsam nihil ignorasse eorum omnium, quæ Salvator noster docuerat, nec eorum, quæ alij de ipso dixerant; quodque ex his omnibus confecerit pretiosum quendam thesaurum, quem conservabat in memoriæ suæ scrinio, ut exigente necessitate referre posset omnia, quæ ex ordine acciderant, & attestaretur illorum veritatem ijs, qui eam scire desiderabant. Eusebius Emisenus grates exsolvit illi nomine totius Ecclesiæ; Et nos quoque summe obstringimur exsolvere ipsi grates cum illo, eod quod conservaverit nobis tantas, tamque magni ponderis veritates in corde suo, quarum absque illâ nunquam habuissimus cognitionem: *Nisi enim ipsa conservasset, non haberemus.*

Interrogas, cur dicatur, quod Apostoli coronati tot millenis coronis,

lib. 10.  
hom. 14.

Zachar. in  
Monocell.  
roz.

Sanctissima  
Virgo plura  
scivit sola,  
quam omnes  
Apostoli,  
quorum  
Magistra e-  
rat.

Euseb. E.  
miss. de per-  
dit & in-  
vent. JESU  
in Templo.

Joan. 20 v.  
21.

Duodecim  
stellæ sunt  
duodecim  
Apostoli  
juxta Bern-  
ardinum  
Bastensium  
part. 12.  
serm. 1. 2.  
part.

Consale  
Carthagonis



ronis, ipsimet sint duodecim stel-  
lae constituentes pretiosam coro-  
nam sanctissimae Virginis? Respon-  
deo, id esse ob eandem rationem,  
quam habuit Sanctus Paulus dicen-  
di ad Philippenses, quod essent *gau-*  
*dium & corona ipsius*, eòquod il-  
los instruxerat in fide, & lucratus  
fuerat Deo: plures crediderunt,  
lucratam fuisse ipsam magnam pat-  
tem Apostolorum, ad componen-  
dum ex ijs. Collegium Salvatoris  
nostri; aliquos, quia erant proprij  
ipsius cognati & propinqui; alios,  
quia obtinuerat illis precibus suis  
gratiam vocationis ipsorum ad A-  
postolatam; Hæc sufficiens jam  
est ratio, cur Apostoli vocentur  
corona ipsius. Sed quando hoc  
adeò certum non esset, verum sem-  
per est juxta communioem San-  
ctorum Patrum opinionem, ipsam  
instruxisse illos de rebus multis,  
quas ignoraverant, & fuisse ipsi à  
Consilijs, & direxisse ipsos præ-

sentia suâ protus cœlesti; animâ-  
se & exstimulasse ipsos divino zelo  
suo, & optimè dici posse, quod  
cum plurimum contribuerit cum  
Filio suo Unigenito ad Redemptio-  
nem, indefessè laboraverit cum  
Apostolis ad Conversionem mun-  
di. Sancta Birgitta in revelationi-  
bus suis tam ingentibus exornat  
ipsam elogijs, ut attribuere illi vi-  
deatur gloriam boni universalis to-  
tius Ecclesiæ; siquidem appellat  
ipsam Magistram Apostolorum,  
robur & Constantiam Martyrum,  
directricem Confessorum, clarissi-  
mum speculum Virginum, solatium  
vivorum, fulcrum & sustentacu-  
lum solidissimum omnium fide-  
lium: Omniumque in fide Catho-  
lica perfectissimam roboratricem.  
Nōne igitur multò majori cum  
veritate dicere potest omnibus:  
*Ves estis corona mea, gloria mea,*  
*gaudium meum.*

S. Birgitta  
in serm. An-  
geli c. 19.

## ARGUMENTUM.

*Omnes Sancti sunt Corona Sanctissima Virginis;  
& melius diceretur, quod omnes Sancti suas prosterant  
coronas ad ipsius pedes.*

### ARTICULUS IX.

Angeli.

**M**ARIA est, cui post JE-  
SUM Christum omnes  
Beati debent omnem,  
quàm possident, felicitatem. Omi-  
nes novem Angelorum Chori gra-  
tes rependunt illi, eòquod tam ef-  
ficaciter ad reparationem ruinarum,  
quas superbia supremi Angeli ipsis  
conciliaverat, contribuerit viden-  
tes, quod ipsa mediante sedes,  
quæ